

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio XLI. Exemptio ab Episcopo, & jurisdictione competens Abbatii qualiter  
probetur, & ex quibus plenè justificata dicatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

ponant de aliquibus actibus jurisdictionibus factis per D. Archiepiscopum, qui proper uerbalitatem cause conferunt ad universalem jurisdictionem ex supra allegata. Et praedicta magis de plano procedunt, quo ad causas matrimoniales, & criminales, in quibus factio Concilio Tridentino cavit, ut manuteneantur Episcopi, nisi adiut in contrarium immemorabilis canonizata per tres conformes, ut fuit dictum in causa Veronae, iurisdiccionis 18. Martii 1596. coram bona mem. Cardinale Pamphilo, et in Brygge, iurisdiccionis 7. Februarii, eiusdem anni coram bona memoria Orano. Sc.

## DECISIO XLI.

Exemptio ab Episcopo, & jurisdictione competens Abbatii qualiter probetur, & ex quibus plenè justificata dicatur.

R. P. D. E M E R I X.

Caven. seu Caputaquen. jurisdictionis

Luna 14. Martii 1672.

### S U M M A R I U M.

- 1 Exemptio probatur ex indultis omnimodam jurisdictionem concedentibus & num. 2.
- 3 Exemptio probatur ex sententiâ antiquâ Indultis summorum Pontificum rotaborata.
- 4 Confessio Episcopi super exemptione à sua jurisdictione plenè probat.
- 5 Exemptio probatur ex pluribus actibus jurisdictionalibus.
- 6 Ecclesia noviter constructa assumit & retinet primavam exemptionem, & privilegia qua antiqua competitabant, & per totam.
- 7 Jurisdictionales actus exercens, jurisdictionem & exemptionem habere datur & num. 1.
- 8 Assentia juris non suffragatur Episcopo in loco exemplo.
- 9 Altius jurisdictionales pauci, & clandestini exerciti ab Episcopo in loco exemplo, eidem non suffragantur.
- 10 Jurisdictionales actus ab altero exerciti in loco exemplo, eò minus prejudicant, si primum habua fuit nouitia, reclamatum est.
- 11 Supposito cessante, cessat etiam, quodcumque super illo dispositum est.
- 12 Abbas habent jurisdictionem quasi Episcopalem & Territorium separatum, Diocesiani nomen assumit.
- 13 Attentata sunt omnia gesta poss & contra sententiâ, & per consequens revocanda Abbas

**A** Bbas Ven. Monasterii Sanctiss. Trinitatis Cavæ Ordinis Cassinen, turbam ab Episcopo Caputaquen. in iurisdictione, quam exercebat in Ecclesia Pollæ chialis pariter sub invocatione Sanctissimæ Trinitatis intra Castrum Pollæ Caputaquen. D.cccxv recursum habuit ad A.C. à quo de anno 1662. obtinuit fundatorem sententiam declarantem ad ipsum Abbatem, ejusque successores pro tempore spectare, & pertinere omnimodam iurisdictionem, quasi Episcopalem, aepiscopalem non licuisse, nec licere Episcopo Caputaquen. in eadem Ecclesia, Parochia de Parochianis ullos actus iuridictionales exercere; cum autem modernus Episcopus isti sententiae non acieceret, immo plura contra illam innovando insisteret præsumptione causa apud SS. Congregationem Concilii, & Episcoporum, propria ex parte Abbatis addita fuit signatura Sanctiss. ab eaque causa remissa ad A.C. Usque in gradu appellationis delata ad Rotam, proposui de communis partium contentudine; An, & de cuius bono jure constet etiam ad effectum manentionis, & regulationis attentatorum, resolutum in omnibus ad favorem Abbatis.

Ipse enim bonus jus suum reassumptum ab altâ origine fundabat primo iniquissima donatione Ecclesiæ, & Calalis S. Petri extra Castrum Pollæ (in cuius) cum subrogata fuit Ecclesia, de qua agitur) una cum omnibus terris, & Vallas in dem existentibus usque ab anno 1686. factâ Monasterio Cavenis ab Aclerino Co- mite Pollæ, & Sigigarda ejus uxore, *summario Abbatis numero 2.* Postquam donationem cum anno 1692. supervenerit Indultum Urbani secundi tribuens Abbati Caveni, ejusque successoribus facultatem exercendi Pontificalia, ceteraque iurispiritualia in omnibus locis ac Oppidistunc in Monasterio posse constitutis, eidem que imposterum defendendis, *cod. summario num. 3.* inde inferebant prædictam Ecclesiæ, uti membrum Monasterii Caveni, remansisse exemptam, & absolutam ab omni, & quacunque iurisdictione ordinarii, ut in terminis ejusdem indulti decimus in Caveni. *Collationis Ordinum. 26. Iunii 1654. §. ad eliciendum vers. ad augustinum.*

**S**ecundò, & quidem magis pacifice in altero indulto Alexandri Tertii Anno 1668. Consistorialiter edito, & à Cardinalibus subscripto, in quo inter alias Ecclesiæ tunc possellas à Monasterio Caveni, quas ibi enumerando suscipit sub immedia protectione Sedis Apostolice, iterumque de speciali gratia, & plenitudine potest eximit ab omni jure seu iurisdictione Episcopali, literaliter exprimit Ecclesiæ S. Petri de Pollæ, ut liquet ex ejus diplomate *d. 16. summario num. 19.* quod probare omnimodam exemptionem est, *tex. in cap. St. Papa 10. §. si autem de privil. in 6. Abbain cap. significatur num. 8. cum seq. de for. comp. Antonin. var. resolvi. lib. 3. resol. 4. sub n. 1. Rotacorambo. mem. Bichio decr. 459. num. 3. & in recen. decr. 239. num. 1. pag. 8.*

**T**ertiò, in sententia lata anno 1710. ab Archiepiscopo Amalphirano, & ab Episcopo Scalen. Delegatis Apostolicis, in qua pronuntiatum fuit Monasterium

Caven, ejusque membra, & principiū Clericos sacerdotes existentes in Castello Caveni, & in iis Casalibus fuisse, & esse omnino exemptos ab omnijure, seu iurisdictione Episcopi Caputaquen, neque istum ejusque successores posse ab eis exigere procuraciones, citato summario. 4. qua sententia tanquam late super statu, & lumen antiquitatem temporis, corroborataque præmissis indutis, exemptionem probat 3 quam contra Episcopos successores ad text. in L. ingenium ff. de statu homin. Alex. in L. sp. 59. ff. de re judic. Rotacoram Seraph. decr. 1422. nuns. 3. & in terminis cor. Martino. 54. sub n. 2. circa med. vers. quod etiam patet, & n. 3. & seqq.

Quod in confessione judiciali emissa anno 1362. à Thomasio tunc Episcopo Caputaquen, qui agnoscendo bonam fidem restituit Monasterio Caveni quafdam Ecclesias occupatas in dicta Regione Silenti, ac infuper expressè fatus fuit Ecclesiæ S. Petri apud Pollam, licet in suâ Diœcesi Caputaqua existens nihilominus ab antiquo spectasse & spectare ad jus dominium, & proprietatem Abbatis, & Monasterii Caven. in eaque nullum jus competere ipsi Episcopo, neque Ecclesiæ Caputaquen, ac proinde obbligavit se, & successores suos, nullo unquam tempore in illo molestatre Abbatem, & Monasterium Caven. *codem summario n. 5.* Cui quidem confessio, uti emanaret ab Episcopo, qui præsumitur informatus de statu, & qualitate Ecclesiarum sua Diœcesis, plurimum deferri debere in his terminis adverbit Rotacoram Eminent. Othobono decr. 125. n. 8. & 9. & in recent. decr. 152. n. 5. par. 7. cum aliis in Novarien. Parochialis 16. Martii 1665. §. idemque coram bo. mem. Avun-

culo meo.  
Quinto demum in frequentatis actibus jurisdictionalibus per Abbates pro tempore gestis, nempe visitationibus dictæ Ecclesiæ, Collationibus beneficiorum, & Ordinum, Convocationibus Synodorum, administratione Sacramentorum, cognitionibus causarum, aliusque pluribus magis distinctè relatis in *codem summario a n. 8. usque ad 18.* ex quibus totalis exemptione à jurisdictione Ordinarii, & omnimoda subjectio Abbatii bene desumitur. per text. in cap. 1. in fin. de censib. in 6. can. Presbyteri deconsecrat. disf. 4. cap. quanto de consue. & ea qua tradit Barbo. de potest. Episc. alleg. 3. num. 3. alleg. 30. n. 1. & 4. alleg. 102. n. 4. & seqq. & ali plures in his terminis adiuncti per Rot. coram Bichio d. decr. 459. à n. 20. cum pluribus seqq. & coram Eminentissimo Othobono decr. 125. a num. 4. & in recent. decr. 152. n. 9. par. 10. & in citata Caven. collationis Ordinum 26. Iunii 1654. §. Territorium post med. vers. hac autem coram bo. mem. Veroffto.

Unde cum populus & Clerus Ecclesiæ Sancti Petri extra Castrum Pollæ ob æris intemperiem, latronum incusiones, aliasque temporum calamitates anno 1517. se contulerint ad habitandum intra idem Castrum, ibiq; etiam ædificaverint Ecclesiam Parochialem sub invocatione Sanctissime Trinitatis, de qua agitur, & Episcopus Caputaquen, illis impertitus fuerit licentiam, ut in hac nova Ecclesia possent bapti-

A 4

baptizare, aliaque Ecclesiastica Sacra menta ministrare suis Parochianis, quoniam  
liberos, & exemptiones à sua iurisdictione (prout ante erant) dimisit, dicitur sum  
mario num. 6. idque per Breve speciale anno 1525. confirmaverit sancti mem. Clemens  
VII. cod. summ. num. 7. consequens est etiam, quod non solus haec nova Ecclesie  
assumperit, & retinuerit primae vam exemptionem, aliaque privilegia, quae congre  
tebant iuxta Text. in cap. quia Monasterium de Religio. domib. glori. in cap. prudenter  
verso. item statim superiores dereg. sur. in 6. Felic. in cap. cum delata sub num. 21. ref.  
quando autem Ecclesia de rescripto. cum aliis per Rot. decif. 153. num. 12. par. 11. recent. Sed  
etiam quod Abbates pro tempore continuando actos jurisdictionales illam deinde  
reclamaverint, eius beneficia ritè contulerint, resignations admirerint, Clericos  
ordinariant, ad Synodum convocariunt, Sacramentum Chrismatis ibidem publice  
palam administrariant, ceteraque alia jus Diocesanum præ se ferentia peregerunt,  
prout haec omnia per Abbates legitimè fieri potuisse declaravit Sixtus V. in harenlo  
Resolutionibus sac. Congregationis Concilii Interpretum in Brevi desuper expedito  
sub fel. recordat. Gregorio XIII. in solita formâ rationi congruit, summario pre-  
z. num. 18. ut resert etiam d. dec. Caven. Collationis Ordinum 26. Ian. 1654. d. s. d.  
eliciendum in fin. coram bon. mem. Veropio.

Probato autem extor, tanisque documentis antiquis, & modernis bonorum  
Abbatis, non potest modernus Episcopus intentionem suam fundare, vel in afflu-  
tia juris, vel in aliquibus actibus iurisdictionibus exercitis per suos antecessores;  
quia assistentia juris non suffragatur Episcopo in loco exempto, qui licet sit in Diocesi  
si, & equiparatur tamen quoad jurisdictionem loco existenti extra Diocesim, juri  
punctualiter doctrinam *Cemin.* in cap. cum Episcopus nu. 4. de offic. Ordin. in 6. Franck.  
in 6. 2. §. Statuto num. 12. vers. sed si per privilegium do conflit: eodem lib. 6. Beller. disq.  
Eleric. par. 1. de jurisdict. Abbat. S. Michaelis de clusa §. uni num. 5. ubi plura adducit  
exempla Rota coram Martin. And. decif. 54. num. 5. & recent. decif. 373. num. 11. per  
11. & in citata Caven. collationis ordinum ubi proximè versi. hinc enim. Actus  
jurisdictiones sunt pauci, & clandestini, ideoque non potuerunt praedicatur ab  
Episcopis consenserit, aut scientia & patientia requirebatur ad effectum, ut ex illis  
Episcopus potuisset acquirere aliquod jus ad text. in L. quoties §. servitum f. a  
servit. Bald. in l. 2. num. 22. & seqq. C. de servit. & aqua Rota in terminis decif. 165.  
num. 6. par. 4. divers. & coram Bichio decif. 133. num. 24. & in recent. dec. 220. num.  
28. & 313. num. 13. par. 9. eoque magis dum statim de illis habita fuit nonita,  
20 fuerunt per Abbates impugnati, dicto summ. num 23. Rota decif. 248. sub num. 6.  
par. 2. recent. & coram Bichio decif. 328. sub num. 1. & § 16.

Nec minus relevant resolutiones de anno 1588. & 1603. emanatae à S. Con-  
gregatione præpositâ negotiis Episcoporum & Regularium, in quibus declar-  
atum fuit male promoto fuisse ad factos Ordines nonnullos Clericos hujus Eccle-  
siae.

hic cum litteris dimissorialibus Abbatis Cavenis, quia hujumodi resolutiones emanarunt non auditio Abbatie, & cum supposito, quod eadem Ecclesia, ejusque Clerici non essent exempti à Jurisdictione Episcopi; quod suppositum cùm i p̄missis corruat, corrunt etiam prædictæ resolutions, quæ non militant in locis alterius jurisdictioni subjectis, ac Territorium separatum constituentibus, ut declaravit Sac. Congregatio Concilii relata per Tamburin. de jure Abbatis.

Simili response tollitur decisio in Capuana Parochialium 15. Februario 1666. coram R. P. D. meo Bevilagna, quia præter quod aduersus illam fuit concessa nova audiencia, sive nullum in ea constitui potest fundamen- tum, refert tantum quadam privilegia concessa universo Ordini Cassinen. que ibi Rota dicit esse restricta ad personas, & Monachos intra septa Monasteriorum dicti Ordinis conmorantes, & ad Ecclesiæ, & loca iisdem Monasteriis adjacentia, ideoque non applicatur proposito casui, in quo respectu Ec- clesiæ de qua agitur, concurrunt speciale privilegium Alexandri III. & tot alia iura superius recentita plenè comprobantia Abbatem in ea habere omnimodam jurisdictionem, quasi Episcopalem, & Territorium distinctum, separatum, & proinde Diœcesiani nomen assumere iuxta gloss. in Clem. 1. §. volumus verb. 12. in Collationis Ordinis §. 1. coram Verofio.

Ex quibus conclusum fuit constare de bono jure Abbatis, etiam ad effec- tum Manutentionis, & purgationis attentatorum, quia de ejus possessione con- flat ex tot actibus possessoris superioris recentis, & de attentatis commissis per Episcopum, patet ex omnibus gestis per ipsum post, & contra dictam senten- tiem A.C. Quæ proinde uti attentata sunt revocanda. Cap. non solum de ap- pellat. in 6. col. tit. ff. nihil novari appellatione interposita Rota in Leodien. pecunaria 4. Decembri Anni praeteriti coram me, aliisque vulgata.

Et ita &c. utraque &c.

Aa 2

Quæst.